b4 10

memphin & taphnas nominat· earumq· dicit filios constuprasse israhel
usq· ad uerticem· illo sensu quo isaias posuit: a planta pedis usq· ad uerticem·
non est in eo sanitas; tanta autem fuit libido aegyptiorum qui sunt magnis car
nibus· ut nulli parcerent membro sed omnia constuprarent; iuxta litteram refert
ad idola aegyptiorum· iuxta intellegentiam spiritalem ad magistros peruersi
dogmatis· qui ecclesiae puritatem suo polluunt turpitudine; haec autem idcir
co euenient tibi quia dereliquit dnm dm suum & illo maxime tempore quo ipsum
doctorem sequi debuit; Et nunc quid tibi uis in uia aegypti ut bibas aquam sior ·i· t̄bidam VII·
& quid tibi in uia assiriorum ut bibas aquam fluminis; pro sior· nos turbidam
interpraetati sumus· quod uerbum hebraicum significat: pro quo communis editio
habet geon; quia ergo supra filios mēphis & taphnas posuerat qui constuprauerunt isrl usq· ad uerticem· Nunc manifestius ipsam aegyptum nominat;
Nulliq· dubium quin nilus aquas turbidas habeat & quod fluuium assyriorum
eufraten significet· dicente scriptura: quod terrae promissionis terra sit a torren
te aegypti· usq; ad flumen magnum eufraten; qui autem xp̄m reliquerint fon
tem uitae & hereticorum sibi foderint lacus quia aquas doctrinarum continere
non possunt· necesse est ut leonibus subiaceant qui redigant terram eorum in so
litudinem & uniuersas ecclesias destruant· & usq· ad uerticem polluantur·
& bibant aquas turbidas· & fluenta assyrii fluminis & aquilonis· unde ex
ardescunt mala super terram; Arguet te malitia tua siue erudiet te prae
uaricatio tua· & auersio tua increpabit te; scito & uide quia malum & amarū
est reliquisse te dnm dm tuum & non esse timorem mei apud te dicit dns ds exer
cituum; Notandum quod & malitia siue praeuaricatio· postquam satiauerit
praeuaricantem & instar coturnicum usq· ad nausiam uenerit· erudiat gentē

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0027